

gis svecie, et venerabilis patris domini .N. vpsalensis archiepiscopi, et fratris Olai provincialis dacie. vna cum proprio presentibus sunt appensa. Datum apud antiquam sightoniam. Anno domini M° CC° Nonagesimo Nono. Dominica infra octauas beati Martini confessoris.

Sigillen: 1 borta; 2—4 skadade.

1292.

1299 d 27 Nov.

Bærem.

Ärkebiskopen NILS ALLESSONS intyg, att han emottaget 8 mark penningar af Priorn i Sigtuna Israel, för St. Petri kyrkas räkning, hvaremot en mark jord i Bildaby lemnas till nämnde kyrka.

A. 3. c. 5.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus per presentes, quod Nos Octo Marchas den. a Religioso viro fratre jsraele, priore sictoniensi recepimus in vtilitatem ecclesie beati petri sictonie cuius jdem quandocunque Rector fuerat, conuertendas, Sed quia dictas octo marchas in vsus nostros conuertimus, Nos vtilitati ecclesie predicte videlicet beati petri, & commodo rectoris eius intendere cupientes vnam oram terre in villa bildaby sub incola nostro benone sitam assignamus & appropriamus pleno jure per presentes prouentus seu redditus de dicta ora terre in posterum annis singulis prouenientes, equaliter inter personam & fabricam ipsius ecclesie debere diuidi declarantes, jn horum igitur euidens testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud Bæremi anno domini Millesimo, CC°. XC° Nono, Quinto kal. Decembris.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1293.

1299 d. 5 Dec.

Upsala

CARL GREGERSSONS Bytesbref på gods i Walla m. fl. st., som lemnas till Ärkebiskopen Nils, emot gods i Bergby och flera ställen.

A. 6. a. 2. 30.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, KAROLUS GREGORISSON, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium facio manifestum, me cum Reuerendo patre domino Nicolao diuina miseracione, archiepiscopo vpsalensi prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, videlicet quod habuit, de me, duodecim oras terre, in villa vallum parochie skieptunum, jtem in Runø parochia aker duos solidos terre cum dimidio, jtem in ipsa villa østunum vnam oram terre, jtem in bierghum parochie aker, quatuor soli-

dos terre, Pro quibus omnibus mihi & meis heredibus, dimisit vnam Marcham terre in Bierghby parochie Giristum, jtem in lenum in ipsa villa, Decem solidos terre cum dimidio, jtem in somarengium parochie wixstathum Tres oras terre, quinque denariis minus, jtem in Grytobæk parochie Tensta, vnam oram terre, jn kniuestum, parochie lenum, duos solidos terre, & in Diupuwijk parochie aker, vnum solidum terre, Huius autem permutacionis fastones siue firmarij, fuerunt hij, videlicet vlpho laghmansson, johannes ingimarsson, stýrbernus thorstenson, jarlerius de vestby, petrus de hesliby Gislo de goluastum, sighuardus de karleby, Johannes de bæling, Bero de sýltum, Gregorius de bodhum, Ketilmundus de bæling, Nicolaus vicinus suus, benedictus de lýttum, Olauus de arby, Bero de Malmum, Manne de thorkaleby, haluardus, Ringvidus, haraldus de fuldrethum, Laurencius haghthorn, Bero de skutungi, sighuastus de bodhum, johannes knøs, & istorum prolocutor fuit Laurencius dictus bruun, Actum vpsalie anno domini M°. CC°. XC°. Nono, jn vigilia beati Nicolai Episcopi & confessoris, Quia vero supradicta prediorum permutacio nomine vxoris mee Rangburgis facta est, vna cum sigillo Magistri andree canonici ecclesie vpsalensis, patru dicte mee vxoris qui huic facto presens fuit & consensit, sigillum meum proprium presentibus est appensum.

Bägge sigillen bortfallna från de ur brefvet klippta remsorna.

1294.

1299 d. 7 Dec.

Upsala.

SIGRIDIS, Ingewalds enkas, Salubrief på 2 öreland jord i Werdedhi, hvilka varit pantsatta till Upsala Domkyrka för 12 mark penningar, men icke inom föreskrifven tid blifvit återlösta.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, SIGRIDIS relicta domini Ingualdi de brumasteni, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo euidenter me ab ecclesia vpsalensi Duodecim marchas den. mutuo recepisse, pro quibus obligaueram predium meum, videlicet duas oras terre, in villa wardh edhi parochie skiepthamer sitas, datis ad hec firmarijs wlgariter dictis fasta, terminis legitimis redimendas, verum quia predictum predium, terminis michi pluries ad hec datis, redimere non potui, supradictas duas oras terre, pleno jure soluo & assigno eidem ecclesie vpsalensi, dans ad hec firmarios wlgariter dictos fasta, in communi placito vpsalie secundum terre leges & patrie consuetudinem approbatam, jusuper vt de situacione huius predij, omnis error remoueat, specifico duas oras terre predictas, in fine ville supradicte Wardh ethi, ad orientem juxta predium